

CXXXXVI.

P. P. VERGERIO AD IGNOTO^{(a)(1)}.

[B, c. 22 B].

Ardua è la questione propostagli, e cioè di giudicare se sia cosa più difficile sopportare le avversità oppure nella prosperità far prova di moderazione.

Varia è l'opinione degli autori più chiari, e gli uomini peccano così nell'uno come nell'altro caso.

Ma, per l'amicizia sorta ora tra loro due, si fa premura d'appagare il di lui desiderio e dedicherà a lui, qualunque esso sia, questo primo saggio degli studi intrapresi.

Innanzi tutto, all'animo libero di passioni e che obbedisca alla ragione, niuna cosa che proceda secondo la virtù giammai riesce molesta, ma è sempre dilettevole; e sebbene pochissi-

NON facilis neque certi iudicii res est, cum explicari a me potestas, vir insignis, quoniam^(b) virtus in genere difficilium 5 constituta est, eaque e causa^(c) (circa) prospera adversaque versetur, utrum difficilius existimem adversitates ferre an temperare prosperitates. magni utrunque animi est, et eius in quem fortuna^(d) vim nullam habeat. sed sane difficile est dignoscere; ambiguum rem efficiunt adverse clarissimorum auctorum sententiae, paribus fere rationibus subnixae, sed magis quod evenire usu videmus in utranvis 10 partem eque labi solere homines. quis est enim, nisi modo ad summum iam venerit, qui non efferatur prosperis cum abundat, frangatur adversis? itaque in hac rerum paritate difficile est recte discernere. sed debeo tibi omnia ex amicitia quam despondimus invicem, non tam vetere quam vera atque efficaci, ob quam nichil ego 15 posse debeo quod non prestem, nichil tu petere quod non impetres. huic igitur studio accingar et prima laborum meorum rudimenta tibi dicabo. tu, si quid minus erit quam concepisti; tanti enim me facis quanti vis fiam; tibi ascribito, qui te ipse fallas; mei autem 20 officii fuerit omne quicquid in me est diligentiae laborisque contulisse. primum igitur non est in illis querendi^(e) locus, qui, pacatis compositisque passionibus, in rationis vim imperium omne transtulerunt, quibus nichil iam difficile est, nichil molestum, sed gratum ac delectabile quicquid secundum virtutem fiat^(f). rarum est ad- 25

(a) Cod. P. P. V. (b) Cod. vir insignis ut quoniam (c) Cod. eaque e cā onde Combi eaque circa (d) Cod. fortunam (e) Cod. reca quomodo come sembra. Combi dà in illis huiusmodi locus Il senso pare richieda querendi o querimonie (f) Cod. fiant

(1) Dal contenuto di questo frammento non si ricava alcun lume rispetto al destinatario, bensì intorno al tempo in cui fu scritto, atteso che il V. accenna a « prima laborum meorum » (r. 18). Sospettiamo anzi che appartenga allo stesso tempo

che la lettera seguente, e che questa (trascritta nel codice immediatamente dopo di esso) fosse diretta a Santo dei Pellegrini (cf. l'epist. LXII, p. 149). In tal caso ambedue le epistole saranno anteriori al 1396, e probabilmente del 1395 all'incirca.